quae iisdem fere exemplis redeunt inter schediasmata A. S. Mazochii, cui idem Comus misit, et GORII, cui misit ea a. 1735 PROCACCELLIVS. Pendent hi auctores ex schedis nescio quibus antiquioribus parum bonis. Ex chronicis Salernitanis scriptis c. a. 1675 a monacho Ioh. Bapt. PRIGNANO ordinis Eremitarum S. Augustini defuncto a. 1520 excerpta quae Roberto dedit Ludovicus Staibano etsi Mazochianis praesertim affinia sunt, tamen habent item quae ibi non redeant. Prignaniana haec Staibanus excerpsit ex scripto libro adservato Salerni apud Moresium, qui descriptus esse dicitur ex codice bibliothecae Angelicanae urbis Romae. At in ea bibliotheca quae adservatur Prignani eius *historia delle famiglie di Salerno* meo iussu inspecta ad inscriptiones non pertinet.

XIII. Utilia sunt quae in agro Salernitano excepit GIOVENAZZIVS adservata cum Marinianis in cod. Vat. 9144.

XIV. E schedis Aloysii GALLETTII quae sub 'Cave' praescriptione edidit Zaccaria in excursibus litt. (Venetiis 1754) t. I p. 363, ficticia esse hodie constat.

XV. Matthaeus CAMERA supplementa quaedam dedit ad Pansam in libro *istoria della città e costiera di Amalfi* (Neapoli 1836. 8. pp. 457), Pansam diligentia neutiquam superans, copia multo inferior. Eiusdem libri alteram editionem cuius nuper prodiit volumen prius sub titulo *memorie storico-diplomatiche dell' antica città e ducato di Amalfi* nondum vidi, sed excerpta inde habui quae accesserunt beneficio amicorum Neapolitanorum. Parum iuverunt tres libri Horatii CASABVRI (*not. stor. top. sulla città di Marcina* Neapoli 1829), Ioh. Alphonsi ADINOLFI (*storia della Cava distinta in tre epoche.* Salerni 1846. 8), Scipionis VOLPICELLAE (*delle antichità d'Amalfi e d'intorno.* Neapoli 1859. 8. pp. 90).

XVI. Raphaelis GARRVCCII usurpavi commentariolum *intorno ad alcune iscrizioni antiche di Salerno* (Neapoli 1851. 8. pp. 35) lithographice descriptum.

XVII. Ludovici STAIBANO adhibui praeter minora quaedam ephemeridibus inserta librum editum *guida del Duomo di Salerno* (Salerni 1871. 8. pp. 84), item excerpta ex eiusdem *Salerno lapidario* ms., quae mihi obtulerunt Demetrius Salazar Neapolitanus et Carolus Robert nostras.

Adiuverunt me hic quoque amici complures, Iosephus AVGELLVZZI medicus Eburensis, Richardus SCHOENE, qui agrum Amalfitanum curiose exploravit, alii non pauci, quorum nomina suis locis adscripsi. Ipse quoque Salernum pluries adii, sed pleraque quae olim ibi fuerunt hodie pessumdata sunt, nec multum ipse meis oculis videre potui.

---

510 epistylii pars. Minuti prope Amalfiam in porta ecclesiae S. Mariae Annuntiatae.

|LOTVS AEDEM F|

Descripserunt H. G. Schulz et R. Schoene.

---

511 lamina plumbea alta cent. 8, lata 6, litteris aevi Antoninorum punctis triangularibus. *Le stampiglie di che si è servito lo scultore erano separate come quelle delle moderne tipografie, ed hanno lasciato l'impronte in incavo* GARRVCCI. Rep. in agro Salernitano in sepulcro, extat apud Garruccium.

LOCVS · CAPILLO
RIBVS ·
EXPECT
AT · CAP
VT · SV
VM

Garrucci *Bull. dell' inst.* 1866 p. 28.

Locus capillo ribus (= rivus): *expectat caput suum.* Capillum devoti hominis in rivum demersum necesse est caput sequatur.

---

512 [= 103] origine opinor Smyrnaea. 'Stalini in Starsae [basi?]. Scalae' VALL.; Malphiae in basi (addit errore 'in Apulia aut Calabria') SMET.; Neapoli in S. Andreae NICOT.

DIVO · IVLIO
CIVIT
ZMYRNAEORVM

Vallambertus apud Metellum cod. Vat. 6039 f. 364 c' eodemque exemplo Smetius ms. Neap. p. 114, ed. 49, 1, ubi errore ait se vidisse (inde Waelscapple f. 103; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 4; Manutius orth. 790, 2; Grut. 225, 1 e Smetio). Aliunde fortasse Metellus cod. Vat. 6039 f. 354' 'Nicotius exscripsit' (adiectum est 'et Iuc. vid.' errore).

3 SMYRNAEORVM Nicot.

---

513 [= 2607] Salerni FIL. Neapoli apud Marcum Antonium de Cavaleriis CAP.

GERMANICO · CAESARI
TI · AVG · F · DIVI · AVG · N
DIVI · IVLI · PRO · N
PONTIF · FLAMINI
AVGVSTALI · AVGVR
COS · $\overline{\text{II}}$ · IMP · $\overline{\text{II}}$

Duo exempla extant Filonardiani libri f. 110 et Capaccii l. 1 c. 22 p. 326, unde mirum est neminem ante me repetivisse.

Versus continuantur; in reliquis minoribus secutus sum Fil. — 3 IVLII Cap. — 4 PONTIFICI Cap. — 6 CO·$\overline{\text{II}}$ Fil.

Hic titulus itemque Brixianus V, 4308 Germanico pontificatum tribuunt, quem reliqui eiusdem omnes omittunt.

---

514 [= 7198 *a*] basis ingens Salerni prope cathedralem.

I M P · C A E S A R I · D I V I
T R A I A N I · P A R T H I C I · F I L
D I V I · N E R V A E · N E P O T I
T R A I A N O · H A D R I A N O
lituus / / / / / / / / / / / / / / / patera
P O *t* E S T A T I S · $\overline{\text{/I}}$ · *c* O *s* $\overline{\text{III}}$ p. C. 122 vel 127

Q /ILI/NIVS CO/ON//L////IVS
EPICTETVS · AVGVSTALES · PECVN · SVA · *d*ED
CVIVS DEDICATIONE COLONIS SING HS $\overline{\text{IIII}}$ N DED

Tituli, qui totus erasus est, primus Garruccius *iscr. ant. di Salerno* p. 26 legit v. 8 fin. et v. 9; v. 1 aliaque quaedam vocabula solitaria eruerunt Nissen et Robert; deinde ego excepi quae supra leguntur.

5 fin. TRIBVN deprehenderunt Robert et Nissen. — 6 aut $\overline{\text{VI}}$ fuit aut $\overline{\text{XI}}$; $\overline{\text{V}}$// Rob. — 7 sic ego, S....NIVS·ORDO....L.S Q.S.... Rob., ... SALERNIT Nissen. — 8 sic ego, II...NVS...VS.....PEC.N·SVA..D Rob., ...N·SVA..D Nissen, PECVNIA SVA..ID Garr.

---

515 [= 104] origine opinor Puteolana. Amalfiae in Angeli supra Francisci tabula supra aram VALL. similiterque RELIQVI AVCTORES VERI. — Miseni MAZZ.; Puteolis LIG. (Neap.), PRAT.; Neapoli LIG. (Taur. 12).

I M P · C A E S A R I
D I V I · H A D R I A N I · F I L
D I V I · T R A I A N I
P A R T H I C I · N E P O T I
D I V I · N E R V A E · P R O N E P
T · A E L I O · H A D R I A N O
A N T O N I N O · A V G · P I O
PONTIF · MAX · TRIB · POT · $\overline{\text{V}}$ p. C. 142
IMP · $\overline{\text{II}}$ · COS · $\overline{\text{III}}$ · P · P
C O N S T I T V T O R I · S A C R I
C E R T A M I N I S · *i* S E L A S T I C I
SOCII · LICTORES · POPVLARES
DENVNTIATORES · PVTEOLNI

Servavit auctor is, a quo pendent Sim. Vallambertus apud Metellum cod. Vat. 6039 f. 364 *c*; Morillonius cod. Amst. f. 68; Smetius ms. Neap. p. 124, ed. 55, 6 a Pighio. Inde reliqui: Ligorius cod. Visc. f. 46, cod. Neap. 35 p. 220, cod. Taur. 12. 16; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 135', fast. ad a. 895; Manutius orth. 553, 1; Lipsius ms. f. 12, ed. p. 27 a Nic. Florentio; Mazzella Misen. n. 8; Grut. 254, 4 a Pighio et Panvinio et Mazzella; Capaccius hist. Put. p. 33, hist. Neap. l. 2 c. 24 p. 735; Pratilli p. 199. Orelli 2544.

2 om. Smet. (ms.) Manut. — 11 CERTAMINIS·SELASTICI traditur; scr. aut ut dedi aut CERTAMIN·ISELASTICI. — 13 DENVNTIATORES Vall., DENVNCIATORES Smet. (ms., ed.) Mor. et sic posteriores praeter Panvinium.